Sit omnibus notum. Quod Nos Gaspar Stena et Gaspar Stena eius filius mansi Masquero parrochie Sancte Marie de Barbera
no diocesis Barchinone. Gratis et ex certa sciencia confitemur et recognoscimus vobis domine Anthonie filie Vincencii Cos Vivencii et domine
Margarite eius uxoris quondam parrochie Sancti Vincencii de Moleto eiusdem diocesis quam Deo permittente Ego predictus Gaspar Stena minor
ducere dispono in uxorem. Quod per manus dicti Vincencii Cos patris vestri dedistis et soluistis nobis bene et plenarie ad nostram volun
tatem inter diversas vices sive soluciones numerando omnes illas Triginta quinque libras monete Barchinone de terno quas Ego predictus
Gaspar Stena confessus fui vobis habuisse et recepisse in dotem vestram seu pro dote vestra ac nomine dotis vestre meam et vestram tempore
nupciarum et de quibus nos vobis fecimus et firmavimus dotalicium instrumentum in posse notarii eiusdem parrochie de Moleto die et anno in eo conten
tis ut in eo largius continetur quod vobis laudamus approbamus ratificamus et confirmamus serie cum presenti. Et de quibus vos seu dictus
pater vester pro vobis fecistis et firmastis nobis debitorium instrumentum in posse predicti notarii de Moleto quod volumus esse cassum et vanum
et nullius roboris seu valoris ita quod non possit nobis seu nostris aliquod prestare suffragium nec vobis vel vestris aliquod inferre nocumen
tum. Et ideo Renunciando excepcioni peccunie non numerate et non solute et doli mali et accioni in factum et omni alii iuri legi com
et consuetudini contra hec repugnantibus facimus vobis et vestris de predictis Triginta quinque libris per vos nobis [illegible] predictis
persolutis presentem apocham de soluto [illegible] bonum et perpetuum finem et pactum firmissimum de ulterius [illegible]
do in posse notarii [illegible] scripti solempni stipulacione vallatum. Sicut melius dici potest et intelligi ad vestrum vestrorumque salvamentum et bonum
etc. intellectum. Actum est hoc in parrochia beate Marie de Barberano die vicesima tercia mensis Octobris anno a nativitate domini
Millesimo Quadringentesimo Octuagesimo Nono. Signum Signum Gasparis Stena viri dicte Anthonie et Gasparis Stena eius
patris predictorum Qui hec laudamus et firmamus.

Testes huius rei sunt Petrus Rafes corderius civis Barchinone et Franciscus Bonet parrochie Sancti Felicis
ville Sabadelli.

Signum Petri Johannis Regia auctoritate notarii publici per totum Cathalonie principatum et in regno Maioricarum
et insularum ei adiacentium qui premissis interfuit eaque scripsit et clausit.